BT1313
.C37
1773
v.2
BMU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
B.B. PUBLICA DEL ESTADO

INDEX

CAPITULORUM OMNIUM RERUM, QUÆ IN TRIBUS LIBRIS de juſta punitione Hæreticorum pertractantur.

CAPITULA PRIMI LIBRI.

CAP. 1. Quid ſit hæreſis 5. A
Cap. 2. De malitia hæreſis quanta ſit 9. c
Cap. 3. De differentia inter propoſitionem erroneam & temerariam & ſcandaloſam & alias ſimilis notæ propoſitiones 10. e
Cap. 4. De multiplici via per quam convinci poteſt aliquam propoſitionem eſſe hæreticam 13. d
Cap. 5. Quis poſsit de hæreſi judicare, & ſententiam, cui omnes teneantur obedire, ferre 18. a
Cap. 6. An Papa poſsit alicui committere poteſtatem cenſendi de fide, ita ut ea quæ á legato Papæ fuerint circa fidem definita, ſint ab omnibus pro vera fide tenenda 22. a
Cap. 7. Quis ſit dicendus hæreticus 27. A
Cap. 8. De ſolutione quorumdam dubiorum, quæ ex dictis in præcedenti capitulo oriuntur 33. b
Cap. 9. Quid ſit pertinatia & quis ſit pertinax cenſendus ut per hoc merito hæreticus poſsit cenſeri, 35. e
Cap. 10. Qualis debeat eſſe legitima admonitio, ut qui illam contempſerit, ſit merito pertinax cenſendus, 38. e
Cap. 11. De proteſtatione fidei ante aſſertionem hæreſis ab aliquo facta, an valeat ab hæreſeos nota illum liberare, 42. b
Cap. 12. De blaſphemis an ſint hæretici cenſendi, 44. e
Cap. 13, De ſortilegis & auguribus aliiſque divinatoribus, an ſint hæretici cenſendi, 47. c
Cap. 14. De Magis an ſint hæretici dicendi & velut tales puniendi, 49. d
Cap. 15. De maleficis an ſit hæretici dicendi & velut tales puniendi, 53. d
Cap. 16. De lamiis & ſtrigis, an ſit hæreticæ cenſendæ, 57. e
Cap. 17. De credentibus, receptoribus, fautoribus, & defenſoribus hæreticorum, an ſint hæretici dicendi & velut tales puniendi, 62. e
Cap. 18. Quod captus hæreticus non ſtatim puniendus eſt: ſed emendatio procuranda, & qualiter, 65.
Cap. 19. Quod non ſit publice diſputandum cum hæretico, præſertim pertinace, 67. a
Cap. 20. Quamvis non ſit abſolute bonum cum hæretico diſputare, eſt tamen bonum & ſanctum contra hæreticos ſcribere, 71. d
Cap. 21. Quod hæreticus ſit reſipuerit, eſt ab Eccleſia miſericorditer recipiendus, 75. b
Cap. 22. Quod hæretici primo ad fidem redeuntes, non ſunt omnes pariter & cum æquali miſericordia recipiendi, 76. d
Cap. 23. De apoſtatis, an ſint, etiam cum ad Eccleſiam redierint, benigne & cum miſericordia velut cæteri hæretici recipiendi, 79. e
Cap. 24. Si hæreticus reſipuerit: quid ab eo exigendum ſit, antequam ad Eccleſiæ communionem recipiatur, 81. c

CAPITULA SECUNDI LIBRI.

Cap. 1. Quis merito ſit dicendus hæreticus incorrigibilis, 84. a
Cap. 2. Quod hæreticus relapſus merito cenſetur incorrigibilis, & quis ſit dicendus relapſus, 88. a
Cap. 3. Quod juſtum ſit & neceſſarium hæreticos punire, 92. a
Cap. 4. Reſpondetur objectionibus eorum qui pro hæreticorum impunitate contendunt, 95. b
Cap. 5. De hæreticorum pœnis & primo de corporalibus deinde de ſpiritualibus ſigillatim tractatur, & nunc primum de bonorum temporalium confiſcatione, 98. b
Cap. 6. Quod hæreticus à tempore commiſi criminis, amittit omnium bonorum ſuorum dominium, etiam ante judicis declarationem, fiſcus tamen non poteſt bona apprehendere niſi poſt judicis declarationem, 101. b
Cap. 7. De ſecunda hæreticorum pœna, quæ eſt privatio cujuslibet dominii ſuper quoſcumque ſubditos 105. b
Cap. 8. Probatur manifeſtis rationibus juſtam eſſe hæreticorum pœnam de qua in præcedenti capitulo tractatum eſt, 109. b
Cap. 9. De alia hæreticorum pœna quæ eſt infamia & de cæteris quæ ex illa ſequuntur, 112. a
Cap. 10. An juſtum ſit ut propter hæreſim patris filius Catholicus puniatur, 115. d
Cap. 11. Reſpondetur objectionibus quæ in principio præcedentis capituli, pro parte contraria propoſitæ ſunt, 119. e
Cap. 12. Quod hæretici ſunt mortis ſupplicio puniendi, ſive talis mors gladio, aut igne, aut alio quovis modo illis inferatur, 123. e
Cap. 13. Reſpondetur objectionibus eorum qui docent hæreticos non eſſe morte plectendos, 129. c
Cap. 14. An liceat hæreticos bello oppugnare, poſtquam de illorum pertinatia atque rebellione plene conſtiterit, 133. c
Cap. 15. Quod hæreticorum libri ſunt comburendi, 141. e
Cap. 16. Reſpondetur aliquibus rationibus quibus aliqui probare nituntur hæreticorum libros eſſe permittendos, 145. a
Cap. 17. An liceat alicui, quum hæreticorum libros habere potuerit, illos legere, 149. e
Cap. 18. De ſpiritualibus hæreticorum pœnis: & primo de excommunicatione ex qua oritur altera quæ eſt privatio ſepulturæ, 153. c
Cap. 19. An hæreticus poſsit poſt mortem excommunicari, 156. b
Cap. 20. Reſpondetur objectionibus quæ afferri poſſunt pro his qui docent, hæreticum poſt mortem poſſe excommunicari, 159. a
Cap. 21. An Epiſcopus aut quivis alius Sacerdos factus hæreticus, amittat illam Eccleſiaſticam poteſtatem, quæ à Theologis dicitur poteſtas ordinis, 162. e
Cap. 22. An Epiſcopus factus hæreticus, eo ipſo amittat poteſtatem ordinis Epiſcopalis, 166. a
Cap. 23. An Epiſcopus effectus hæreticus ſit eo ipſo privatus omni poteſtate juriſdictionis, etiam ſi ſit Papa, 169. d
Cap. 24. Reſpondetur rationibus quæ objiciuntur ab his qui contrariam tuentur opinionem, 175. c

ALFONSI A CASTRO
ZAMORENSIS,
ORDINIS MINORUM,
REGULARIS OBSERVANTIÆ,

PROVINTIÆ SANCTI JACOBI.

TOMUS SECUNDUS.

IN QUO LIBRI TRES

DE JUSTA HÆRETICORUM
PUNITIONE,

ATQUE LIBRI DUO

DE POTESTATE LEGIS POENALIS
CONTINENTUR.

46580

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI:

Ex Typpographia Blasii Roman.

Anno M.DCC.LXXIII.

ALFONSI
a Castro
OPERA
.2.

72

BT1313
.C37
1773
v.2
c.1

INDEX CAPITULORUM.

Cap. 25. An is qui novit aliquem eſſe in hæreſim lapſum teneatur, etiam non requiſitus, illum judici denuntiare, ante fraternam illius correptionem, 181. a

Cap. 26. An filius accuſans aliquem parentum ſuorum de hæreſi, ſit ob hoc liberandus ab his pœnis quæ propter parentis hæreſim ſunt illi à jure inflictæ 185, c.

CAPITULA TERTII LIBRI.

Cap. 1. Multas eſſe vias docetur quibus commode poſſunt hæreſes impediri ne oriantur, & de una illarum ſpecialiter differitur, 193. a

Cap. 2. De prima extrinſeca hæreſum cauſa, quæ eſt defectus prædicationis verbi Dei, quæ ſi tollatur, multæ hæreſes deerunt, 198. b

Cap. 3. De ſecunda cauſa ex qua hæreſes oriuntur, quæ eſt indifferens prædicatio per quoſcumque ſine ullo diſcrimine & ſine ulla examinatione, 202. a

Cap. 4. De hæreſum cauſa, quæ eſt negligentia Epiſcoporum & aliorum Eccleſiæ Paſtorum, 207. e

Cap. 5. De quarta hæreſum cauſa, quæ eſt multorum Epiſcoporum & aliorum Sacerdotum indignitas, 214. a

Cap. 6. De quinta hæreſum cauſa, quæ eſt ſacræ ſcripturæ translatio in linguam vulgarem, 219. b

Cap. 7. De reſponſionibus quorumdam argumentorum, quibus aliqui probare nituntur, bonum eſſe, ut ſacræ litteræ in linguam vulgarem transferantur, 224. d

Cap. 8. De ultima hæreſum cauſa, quæ eſt aſsidua & incauta in libris gentilium hominum lectio, 228. d

Cap. 9. De remedio contra præfatam hæreſum cauſam, 231. b

INDEX CAPITULORUM OMNIUM RERUM QUÆ IN DUOBUS LIBRIS de poteſtate legis pœnalis pertractantur.

CAPITULA PRIMI LIBRI.

Quid ſit lex, 239. a cap. 1.

Quomodo ſunt intelligendæ quædam legis definitiones á Cicerone datæ, & quædam aliæ á variis juriſconſultis redditæ in titulo de legibus, lib. 1. digeſt. 245. a cap. 2.

Quid ſit pœna, & quid ſit etiam lex pœnalis, 248. e cap. 3.

Quod lex humana poteſt obligare ad culpam mortalem, 252. e cap. 4.

Quomodo poſsit legem aliquam humanam obligare ad culpam mortalem, 261. a cap. 5.

Quod bonum & juſtum ſit pœnam legibus ſtatuere contra eos, qui legibus non optemperant, & quales oporteat eſſe, 270. c cap. 6.

Qualiter leges pœnales ſunt interpretandæ, 276. c cap. 7.

Quod legislator humanus poteſt ſtatuere legem pœnalem obligantem ad culpam, non obſtante pœna, quæ per legem imponitur, 283. e cap. 8,

Quod lex pure pœnalis quatenus talis eſt, numquam ex ſe obligat ad culpam, 288. d cap. 9.

Quod lex pure pœnalis non tollit obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralem fuerat impoſita, 269. a cap. 10.

Quod lex pœnalis mixta, aliquando obligat ad culpam, aliquando non juxta variam ipſius legislatoris intentionem, 304. c cap. 11.

CAPITULA SECUNDI LIBRI.

Quomodo cognoſci poteſt legem aliquam pœnalem, non ſententiam latam, ſed ſolam ſententiam ferendam continere, 313. a cap. 1.

De conditione & qualitate legis pœnalis ſententiam ferendam continentis, antequam judex ſententiam dicat, 318. a cap. 2.

Qualis ſit poteſtas legis pœnalis ſententiam ferendam continentis: Poſtquam Judex reum juxta illam damnavit, 324. d. cap. 3.

Quod lex divina olim aliquando obligavit, & nunc etiam aliquando obligat in foro conſcientiæ reum ad pœnam, abſque aliqua judicis ſententia reddendam, 330. d cap. 4.

Quod humana poteſtas, ſive laica illa ſit, ſive Eccleſiaſtica poteſt ſtatuere legem pœnalem obligantem ad pœnam in foro conſcientiæ ſubeundam, etiam ſine ulla judicis ſententia, 336. b cap. 5.

De quatuor modis, quibus poteſt cognoſci lex, quæ ſententiam continet latam, 344. b cap. 6.

De aliis quatuor modis, quibus oſtenditur legem pœnalem non ferendam: ſed latam continere ſententiam, 350. c cap. 7.

Quod omnis lex pœnalis, quæ ſententiam continet á jure latam obligat in conſcientia ad pœnam in illa ſtatutam, abſque alia judicis ſententia, 357. d cap. 8.

Reſpondetur rationibus & argumentis, quæ pro illis, qui contrariam tuentur opinionem poſſunt afferri, 367. b cap. 9.

Quod is, qui ipſo jure privatus eſt bonis ſuis, tenetur in conſcientia reddere bona ſua illi, cui ab ipſo jure ſunt adjudicata, 376. b. cap. 10.

Reſpondetur rationibus & argumentis, quæ poſſunt objici ab iis, qui contrariam tuentur opinionem, 389. e cap. 11.

An judex poſsit diſpenſare in pœna per legem ſtatuta, 400. a cap. 12.

An is, qui apud judicem pro reo intercedit, ut pœna per legem ſtatuta illi remittatur, peccet, & teneatur ad reſtitutionem faciendam illi, cui pœna ex legis decreto erat adjudicanda, 409. e cap. 13.

An reus excuſetur per ignorantiam, á pœna per legem ſtatuta, 416. e cap. 14.

An is, qui crimen aliquod commiſit, liberetur ab omni pœna à jure ſtatuta: ſi crimen illius ſit occultum, d cap. 15.

FINIS.

INVICTISSIMO, ATQUE CHRISTIANISSIMO CAROLO, HUJUS nominis quinto, Cæſari ſemper Auguſto, Hiſpaniarum Regi Catholico, ejuſdem nominis primo, Frater Alfonſus à Castro, Zamorenſis, Ordinis Minorum, æternam optat fœlicitatem, perpetuamque de hoſtibus victoriam.

DUM mecum ipſe cogito, Chriſtianiſsime Cæsar, A & ad hoc miſerabile ſæculum mentem, atque animum refero, non poſſum non ingemiſcere, & à gemitu cordis rugire, videns tot, taleſque hæreticos, hoc ſæculo, prodiſſe, qui plurimum negotii viris doctis, atque adeò toti Eccleſiæ faceſſunt, ut numquam tam multos, aut tam truculentos Eccleſia perpeſſa fuerit hoſtes. Tanta enim eſt iſtorum nocendi cupiditas, ut nihil ſit à ſummo uſque deorſum, cui detrahere non conentur. Neque enim Deo, nec Virgini ejus matri, nec Apoſtolis, aut Evangeliſtis, nec reliquis Sanctis, nec toti denique militanti Eccleſiæ, quæ Chriſti eſt unica ſponſa, parcere volunt: ſed contra eorum quemque impudenti temeritate oblatrant, & dente canino illum mordere nituntur. Hoc autem non levi animo, aut negligenti, & ignavo ſunt facere agreſsi: ſed tamquam rabidi, & famelici canes omnia tentarunt, nullumque non moverunt lapidem, ut quod mente conceperant ſcelus, opere perpetrarent. Vix enim ullum eſt tam turpe, aut execrandum, aut peſtiferum, abominabileque dogma ab antiquis hæreticis probatum, quod, & ſi longiſsima oblivione ſepultum, iſti hæretici non ſint ſuſcitare conati, ſi inde telum aliquod ſe capturos ſperarunt, quo Eccleſiæ Catholicæ, aut ſummo illius præſidi utcumque incommodare poſſent. Primatum Petri negant, omnibus Chriſtianis ſacerdotia ſine diſcrimine tribuunt. Sacerdotes omnes pares Epiſcopis faciunt, antiquas omnes Ecleſiæ C cæremonias ab ipſis Apoſtolis traditas, & ad hoc uſque ſæculum ſervatas, tollunt: & novas quaſdam ab illis excogitatas, invehunt. Sacramenta Eccleſiæ minuunt, quo pauciora peccatorum antidota illa retineat. Ut autem nihil utile ſe Eccleſiæ detraxiſſe perſuaderent, ſacramentorum virtutem, atque potentiam negantes venenum veneno addiderunt. Toties cleri cœlibatum tollunt. Vota omnia Deo facta violare docent. Omnem monachatus Religionem ab Eccleſia rejiciunt. Omnes laudes, quas voce, aut muſicis nſtrumentis Eccleſia in Templis Deo dicatis, ſtatis horis Deo cantare ſolebat, à ſuis Templis procul relegarunt. Hic denique unus eorum omnium ſcopus fuit, ut totum Eccleſiæ Ordinem à D Chriſto ipſo ſalvatore noſtro inſtitutum, & ab ejus Apoſtolis ad hoc uſque ſæculum obſervatum evertere poſſent, & novam quandam nobis fingerent Eccleſiam, talem, ac tam male inſtitutam, tamque deformem, ut tu, Chriſtianiſsime Imperator, pro tua prudentia, & bonitate, non patereris talem eſſe ullam quamlibet rempublicam tibi ſubjectam. Quod autem tam anxie optaverunt, Deo permittente, & dæmone illorum patre improbe ſolicitante, magna ex parte (proh dolor) aſſequuti ſunt. Nam virulentum eorum dogma, quod Paulo teſte, ut cancer ſerpit, tam ſæve, atque potenter graſſatum eſt, ut vix ulla ſit jam Chriſtiani nominis provincia, cujus pars aliqua non ſit hac peſte infecta. Ut autem his tam truculentis, & mortis avidis hoſtibus ocurreretur, multi viri Catholici, & docti ex toto orbe Chriſtiano ſe opA poſuerunt pro muro Eccleſiæ, qui verbo & ſcripto contra mortiferas eorum doctrinas acerrime pugnarunt. Scripſit primus omnium vir doctiſsimus Joannes Echius multa contra illos volumina, qui etiam cum ipſo hujus factionis principe Luthero primus etiam publice diſputavit. Scripſere deinde Joannes Faber Viennenſis Epiſcopus, Gaſpar Sagerus, Ordinis Minorum, Joannes Cocleus, Conradus Kolin Ulmenſis, Joannes Dietembergius, Conradus Uvimpinenſis, Hieronymus Enſer, Joannes Menſingus, aliique multi Germani ſcripſiſſe feruntur, quos nec nomine novi. Neque ſoli Germani, apud quos primum hæc peſtis eſt orta, contra hos hæreticos ſcripſerunt. Sed ex omni natione, quæ Chriſtum B agnoſcens ab illo nomen accepit, multi viri doctiſsimi catervatim contra hos pernicioſiſsimos Eccleſiæ hoſtes plurima, & varia volumina ædiderunt, quibus multa dexteritate ab hujuſmodi perduellionum impetu furioſo, Eccleſiam Catholicam propugnare, defendere, atque dilatare conati ſunt. In Germania ſiquidem inferiori, quæ ſuperiori proxima eſt, Jacobus Latomus, Albertus Pighius, Jacobus Hochſtratenſis Ordinis Prædicatorum, & alii multi ſcripſere, quorum omnium catalogum texere, faſtidioſum eſſet. In Anglia ſcripſit primus ipſe Rex Henricus, hujus nominis octavus, qui ſi recte ſibi conſuluiſſet, à recta, quam tunc agnoſcebat, fide numquam defeciſſet. Poſt Regem ſcripſit Joannes Fiſcherus tunc Roffenſis Epiſcopus, & poſtea. S. R. E. Presbyter Cardinalis: vir ſanctitate perinde ac doctrina clariſsimus, dignus certe, qui inter Sanctos Martyres recenſeatur, quem ſenio confectum ſcimus pro fide Catholica libenti, & alacri animo cervicem gladio ſuppoſuiſſe. In Galia, quamvis ipſe non Gallus, Jodocus Clitoveus Neoportuenſis multa volumina contra recentes hæreticos ſcripſit. Poſt illum Hieronymus ab Hangeſt, Nicolaus Grandis Ordinis Minorum in Commentariis quæ ædidit ſuper Epiſtolam ad Romanos, & ſuper Epiſtolam ad Hebræos, aliique multi ſcripſere. Iu Italia primus, quem ſciam, ſcripſit Sylveſter de Prierio, Magiſter Sacri Palatii. Poſt iſtum Ambroſius Catharinus Senenſis, ambo ex Ordine Prædicatorum, Albertus Pius olim Carporum comes. Ex Hiſpanis, eo quod nationi huic ſatis bene alioqui profectum erat, & cautum, pauci hactenus, doctiſsimi tamen, contra hos hæreticos ſcripſerunt. Dominicus Soto ex Ordine Prædicatorum, qui Cathedram Theologiæ in inſigni Salmanticenſi Gymnaſio, ante multos annos perpetuo regendam ſuſcepit, in Tridentino Concilio, quo ex mandato tuæ Cæſareæ majeſtatis nunc agit, opus inſigne de natura, & gratia contra hos receptes hæreticos edidit. Andreas de Vega Ordinis Minorum, vir trium E linguarum peritus, in hoc etiam Concilio Tridentino, ad quod, ex mandato, Sereniſsimi Philippi tuæ Cæſareæ Majeſtatis primogeniti, ſimul mecum fuit deſtinatus, librum de fide juſtificante, multa doctrina refertum, adverſus Lutheranos edidit. Ego denique iſtorum omnium minimus magnum quoddam opus ante aliquot annos edidi, in quo omnes hæreſes, quæ à Chriſti Salvatoris noſ-

tri in Cœlos Aſcenſione ad hoc uſque ſæculum Eccleſiam invaſerunt, congeſsi contra illas omnes ſingulatim diſputans, illarumque omnium primos Duces, atque parentes prodens: ut vel ſi omnibus palam facerem, recentes hæreticos à fecibus olim ab Eccleſia rejectis, ſuas hæreſes hauſiſſe. Verum & ſi ab his omnibus, aliiſque multis doctiſsimis viris tam dextre pugnatum ſit, ut plane, & aperte, de his Eccleſiæ hoſtibus triumphaverint, numquam tamen hi reſipuerunt, aut inſanire deſierunt. Quoniam tanta eſt illorum obſtinata impudentia, & impudens obſtinatio, ut quamvis aperte victi, nunquam tamen cedere voluerint, imo potius duriores inde effecti, & in ſua ſententia pertinaciores inſaniam ſuam indies auxerunt, tam novas, tamque diverſas quotidie inducendo doctrinas, ut nihil aliud illos excogitare merito credamus, quam quomodo eorum quilibet plus poſsit Eccleſiæ nocere. Nam & ſi inter illos ſæpe (ut ſolemne ſemper fuit hæreticis) de doctrina non conveniat, adeo ut plus alter eorum ab altero diſtet, quam uterque illorum ab Eccleſia: de hac tamen re inter eos omnes convenit, & hæc amicitiæ inter eos ineundæ potiſsima cauſa, & partæ amicitiæ fortiſsimum vinculum, ſi ſummo Eccleſiæ præſidi ſimul omnes detrahant, illius poteſtatem enervent, illius mandatis reluctentur. Iſti ſunt vere ſerpentes illi, quos Deus per Hieremiam Prophetam cap. 8. minatus eſt ſe nobis miſſurum, quibus (ut ille ait) non eſt incantatio. Nam furor iſtis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantis, & venefici incantantis ſapienter. Cum itaque re ipſa mihi jam bene compertum eſſet, nihil iſtis blanda prodeſſe fomenta, neceſſarium eſſe cenſui acerbioribus uti medicaminibus, ut jam non verbis: ſed fuſtibus, & flagellis, & gladiis contra illos ageretur, ut pœna illos faceret ſapientiores, qui benignitate illis exhibita abutentes in ſua hactenus perſtitere inſipientia, & vexatio daret illis intellectum, quem nimia manſuetudo præſtare non potuit. Hanc tamen vexationem hæretici formidantes, ut ſe ab illa eripere valerent, aſtutia ſerpentina, docuerunt illicitam eſſe hæreticorum punitionem, tyrannoſque potius quam Reges eſſe dixerunt eos, qui hæreticos puniunt, aut pœnis, & cruciatibus illos ad fidem tenendam cogunt. Hac enim via putarunt Chriſtianorum Principum animos ab ipſorum punitione deterrere, & prorſus revocare: ut, vel ſic impetrata, aut potius extorta impunitate, liberius quotquot vellent, poſſent verbis, & ſcripturis hæreſis docere. Hac igitur cauſa ego motus de pœnis, quæ hæreticis merito debentur, longo tractatu in hoc opere diſſerere ſtatui, ut Principes Chriſtiani de hæreticorum punitione bene perſuaſi, nullam illarum pœnarum, quas jura contra hæreticos decernunt prætermitti patiantur, quin illam pertinacibus quibuſcumque hæreticis, & obſtinatis infligere jubeant: ut pœnarum metu illi coerceantur, ne ſimiles novitates, & inſanias effutire audeant, & ſic tandem à ſuis erroribus reſipiſcant. Et ſi forte illi (quod Deus pro ſua clementia, avertere dignetur) Pharaonem imitantes (tamquam malleatoris incus) indurati fuerint: alii tamen (ut credere par eſt) alieno periculo ſapientiores erunt. Hoc autem opus, quod jam, Deo auctore, ad umbilicum uſque perduxi, tibi ſoli, Chriſtianiſsime Cæſar, merito dicandum eſſe cenſui, qui tam ferventem habes fidei Catholicæ zelum à majoribus tuis veluti hæreditario jure derivatum: ut pro fide tuenda, aut propaganda nullos unquam recuſaveris quantumlibet duros, & immenſos ſubire labores. Nam ab eo tempore, quo primùm Imperatorum celſitudo Chriſti ſe ſubdidit humilitati, & ab illo nomen accepit, nullus unquam fuit Imperator (abſit precor verbo adulationis ſuſpicio) qui pro Chriſtianæ Religionis tutela, & dilatione tot, tantiſque ſe objecerit laboribus, etiam ſi Carolus ille vere Magnus, cui tu & ſanguine, & patrimonio, & dignitate, & nomine ſuccedis, inter eos recenſeatur. Plures enim, quam ille provincias pro Religione tuenda penetraſti, multo pluries maris pericula ob eamdem cauſam non ſolum tentaſti, ſed ſubiiſti. Hoſtibus Chriſtianæ Religionis multo fortioribus occurriſti, quam ille umquam fecit. Per tot varios caſus, & per tot rerum diſcrimina, pro Chriſtianæ Religionis tutela intrepidus pervagaſti, ut Herculem illum (quem poetæ monſtrorum domitorum finxerunt) multis paraſangis antecedere mihi videaris: præſertim quum tu ad domanda ea monſtra, quæ animas trucidare ſolent, illos pertuleris labores, quos pro domandis illis, quæ ſolis corporibus nocere poterant, Herculem toleraſſe Gentiles falſo dixerunt.

Hoc ſolum in te, & tuis meritis deſiderari poſſe conſidero, ut geſtorum tuorum parem ſcriptorem haberes, qui digna factis tuis referre valeret, & illorum gloriam poſteris ſuaviſsime decantaret. Talem, inquam, qualem immerito habuerunt Achilles, & Uliſſes: aut talem certe ſcriptorem, qualem Alexander ille cognomento magnus ad ſui corporis imaginem exprimendam elegit pictorem. Juſtum quippe eſſet, ut tantorum geſtorum tuorum imago non niſi ab eloquentiſsimo Poeta, aut Oratore depingeretur. Omitto hic Turcam potentiſſimum, atque ferociſsimum Chriſtiani nominis hoſtem à te apud Viennam glorioſe fugatum, & Tunetum à te ſub ferventiſsimis ſolis ardoribus expugnatum, & à manibus Barbaroſſæ potentiſsimi tyranni ereptum, aliaſque multas de Turcis, & Sarracenis terra, & mari per Duces tuos habitas victorias.

Ea ſolum, quæ pro hæreticorum reductione, ut eos ad reſipiſcentiam, aut alliceres, aut cogeres, patientiſsime toleraſti, tot, ac tanta ſunt, ut immortalem per illa ſis jam apud poſteros gloriam aſſecutus, & perpetuam à Deo ſis tandem accepturus coronam. Sæpe enim relicta Chriſtianiſsima Imperatrice conjuge tua, quæ tibi chariſsima erat, relicto etiam Hiſpaniarum potentiſsimo Regno, quod ipſa conjuge, & filiis multo charius eſſe oportebat, per horrendas maris tempeſtates, & aſpertima montium itinera Germaniam adiiſti, ut magnam illius partem, quæ ab Eccleſiæ unitate ſe ſubtraxerat, eidem reconciliares. Qua in re illum verum paſtorem optime expreſsiſti, atque effigiaſti, qui nonaginta novem oves, quas paſcendas ſuſceperat, in deſerto reliquit, ut centeſimam, quæ perierat, inveniret. Sæpiſſime pro diſsidiis Religionis componendis, quæ plurima ubique in Germania ſcatebant, Comitia, quæ nunc Dietam vocant, ex tota illa inclyta natione celebraſti: bis, aut ter Uvormatiæ, bis etiam Auguſtæ, totidem Ratiſponæ, & neſcio an pluries Spiræ. In his omnibus vere Chriſtianum agens Imperatorem, aliquando illos arguiſti: ſæpe, juxta Pauli Conſilium, obſecraſti, aliquando cum maxima modeſtia corripuiſti, ſperans, ut aliquando Deus illis pœnitentiam daret, & ſic illi reſipiſcerent, à laqueis diaboli, à quo captivi tenebantur. Tam modeſtum quidem te illis tribuiſti, ut multis viſus fueris nonnihil tuæ Imperiali celſitudini, pro illis recuperandis, detraxiſſe.

Sed

Sed qui hoc tibi, Chriſtianiſsime Cæſar, exprobrabant, non attendebant quanta ſint toleranda, ut errabunda ovis inveniatur, & ad gregem, unde neſcia diſceſſerat, reducatur. Verum hi, pro quibus tu illorum ſaluti conſulere optans, tot tantaque perpeſſus es, ut nihil, quod Chriſtianum Principem deceret, omiſiſſe videaris, beneficium non agnoverunt: ſed benignitate tua abutentes, in pejus quotidie profecerunt. Nam qui antea ſolam Eccleſiæ poteſtatem negabant, & ſolum illius jugum, quod diu antea portaverant, à ſe excuſſerant, poſtmodum ad tantam rebellionem proruperunt, ut tibi ipſi de illis optime merito, & cui ſe firmiſsimo Sacramento, ad obedientiam obſtrinxerant, tam impudenter pro multis aliis rebus, & pro Chriſtiana potiſsimum Religione multi ex illis rebellarunt, ut non ſint veriti adverſus tuam Imperialem Majeſtatem exercitum cogere, & te ad publicum certamen provocare. Hanc autem tantam ferociſsimæ gentis rebellionem, tanta prudentia, & fortitudine repreſſiſti, ut glorioſum de illis omnibus ſis aſſequutus ſine ſanguine Triumphum. Illa enim & ſemper apud omnes fuit glorioſior, & celebrior habita victoria, quæ fuit minus cruenta. Optimam igitur perpetuaque laude dignam, invictiſsime Cæſar, adeptus es nunc de hoſtibus victoriam, qui primis hujus rebellionis Ducibus vi, & armis captis, reliquos omnes, ut præteritæ conjurationis veniam ſupplices peterent, & juſsioni tuæ humiles parerent, ſine ſanguinis effuſione coegiſti. Reliquum eſt, ut illos omnes ad gregem Dominicum unde diſceſſerant, redire, & jugum Eccleſiaſticæ obedientiæ, quod diu ante rejecerant, ſubire cogas: & pœnis urgentibus illos in ſuſcepta ſemel fide perpetuo contineas, prout Hiſpanos gentem non minus liberam, atque ferocem in tua obedientia, & vera fide Catholica hactenus ſervaſti. Precor tamen Cæſaream Majeſtatem tuam, ut hæc non ideo à me dicta eſſe putes, ut meis adhortationibus te quaſi nolentem trahere velim: ſed ut ultro currenti calcaria addam. Ut autem hoc, quod optamus, facile præſtare poſsis, nobis omnibus incumbit Deum precibus ſolicitare, ut te diu incolumem ſervet, tuiſque ſanctis conatibus, ut hactenus fecit, ſemper faveat. Vale Chriſtianiſsime Cæſar, & ut meum hunc laborem boni conſulas, oro. Ex tua Salamantica, decima octava die Octobris Anno Domini. M. D. XLVII.

F. ALFONSI A CASTRO ZAMORENS. ORDINIS MINORUM de Obſervantia, in tres libros, quos de juſta Hæreticorum punitione edidit.

PRÆFATIO.

VAriæ, ſunt & ex diametro pugnantes de Hæreticorum Punitione ab aliquibus datæ cenſuræ, quibus, & ſi extremæ illæ ſint, & longiſsime ab æquitate recedentes: Patroni tamen non deſunt, qui nunc illarum ultro ſuſcipiant tutelam, & illis pertinaciſsime favere conentur. Sunt enim aliqui multum de Phariſæorum ſupercilio habentes, adeo moroſi & intractabiles, ut hæreticos omnes irreconciliabili odio, & ſine ulla punitionis lenitate perſequendos eſſe cenſeant. Cum aliquem in hæreſim lapſum eſſe cœperint, mirum in modum lætantur, ſicut exultant victores (capta præda) quando dividunt ſpolia, & ilico impotenti quodam furore agitati, mille in illum conjiciunt convitia, mille illi in faciem dicunt contumelias, & tandem citiſsime illum igni tradendum eſſe decernunt. Hoc enim hæreticorum odio, quaſi quodam certiſsimo, & indubitato Symbolo ſe Fidei Catholicæ ardentiſsimos zelatores, propugnatoreſque conſtantiſsimos aliis oſtendere conantur: tamquam ſi fides Chriſtiana ſecum neceſſario connexum haberet furorem, & omnem prorſus à ſe rejiceret manſuetudinem, & correctionis lenitatem. Ut tamen hos, qui non uſquequaque à vera juſtitiæ regula aberrant, aliqua ex parte conſolari poſsint, fateor quidem illos zelum fidei Catholicæ habere: veruntamen non ſecundum ſcientiam illum moderantur, atque temperant. Quia volentes juſtitiam ſuam ſtatuere, juſtitiæ Dei obliviſcuntur. Nam juſtitia Dei, quam Paulus docet, (1. *Tim.* 2.) eſt ut cum modeſtia corripiantur ii, qui reſiſtunt veritati, nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, & recipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. Bonum quidem rectorem decet, ut ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſans, magis per humilitatis, & manſuetudinis lenimentum ſtudeat errantes ab erroris laqueo eripere, quam per auſteritatem in foveam perditionis propellere. Sævus quidem, & plus ſatis acerbus merito cenſebitur chyrurgus, qui nulla prorſus adhibita fomentorum lenitate, nulliſque aliis tentatis remediis omnia vulnera aduſtionibus curare niteretur. Nam prius blanda oportet adhibere vulneri medicamenta, & experiri an ullis poſsit vulnus lenibus ſanari fomentis, quæ cum nihil proficere poſſe ex re ipſa intellexerit: tunc bonum erit acerbioribus uti medicamentis, & partem illam infectam, ſi res deſperata fuerit, reſecare: ne virus ipſum in reliquas corporis partes graſſetur, & ſic totum corpus inficiat & perdat. Hoc exemplum imitantes ii, penes quos eſt jus & poteſtas de Hæreticorum punitione cenſendi, deberent prius eorum, qui in hæreſim lapſi ſunt læſas ſanare conſcientias, ſerpentia auferre ulcera, adurere aliqua, non abſcindere: tandem (quod ſanari non poſſet) cum dolore reſecare. Qui hæreticos primo congreſſu contumeliis afficiunt, & nullis prius tentatis remediis, quibus illos ad Catholicæ Eccleſiæ gremium reducere poſsint, ſtatim è vita tollendos eſſe decernunt: non ſanare, ſed occidere optant. Hos enim redarguit Deus per Ezechielem Prophetam cap. 34. dicens: *Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis: quod confractum eſt, non alligaſtis, & quod abjectum eſt, non reduxiſtis: & quod perierat, non quæſiſtis.* Sunt rurſus alii prorſus contrariam docentes ſententiam, qui nequaquam pati poſſunt, ut hæretici quantumlibet pertinaces pœna aliqua puniantur: & ob eam cauſam, Catholicam Eccleſiam nigro carbone notant, quod varia pœnarum genera hujuſmodi hæreticis contra jus, faſque (ut ajunt) decretis æditis illa ſtatuerit. Reges, ac cæteros Chriſtiani Orbis Principes, propterea quod Hæreticos puniunt, & verberi-

bus